

SCRIPTA

Numéro Scripta : 453

Auteur(s) : Eudes, fils d'Hubert [particulier]

Bénéficiaire(s) : Robert IV d'Argences, Jumièges, Saint-Pierre (abbé)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : 1185

Lieu d'émission : Meulan

Action juridique : vente

Description de l'original : Chirographe. (CYROGRAPHUM)

Langue du texte : latin

Chirographe. (CYROGRAPHUM)

Analyse

Eude, fils Hubert, et ses sœurs, en présence de divers clercs et laïcs, vendent à l'abbé et aux religieux de Jumièges, du consentement de leur père et de leurs héritiers, ce qu'ils possédaient de la vigne Hildebert à Saint-Martin-de-Bouafle, moyennant une somme de 67 sous parisis, et afferment aux mêmes pour une somme de 4 livres la vigne dite Le Clos.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° CXXXIX, t. 2, p. 76-77.

Dissertation critique

du 21 avril au 12 avril 1186 d'après J.-J. Vernier.

Texte établi d'après a

Noverint universi quod Odo, Huberti filius, et sorores ejus vendiderunt Roberto, abbatii, et monachis Gemmicensibus, assensu heredum suorum et Huberti patris sui, partem quam habebant in vinea Hildeberti apud Sanctum Martinum de Boaffa, quam abbas et monachi .LXa. et. VIIem. solidos Parisiensis monete tali pacto emerunt quod quicquid abbas vel monachi in plantationibus, propaginibus, clausura sive aliis emendationibus preter planam facturam usque ad quinque annos miserint, memorie per talliam commendabitur ut si Odo vel sorores ejus a predicta pactione resilire voluerint et de jure potuerint, predicti .LXa. VIIem. solidi cum pecunia in emendatione vinee expensa abbatii et monachis ab eis integre reddantur. Tradidit etiam Odo et sorores ejus abbatii et monachis vineam quam vocant Clausum, ad pignus .IIIor. libras ab eis accipientes, ut teneant de anno in annum, more wagii, donec redimant propria pecunia, non aliena. Quod si Clausum de manu Agnetis liberare non potuerint, monachi Hildebertum, sicut predictum est, ut proprium in perpetuum tenebunt. Hanc pactionem promiserunt Hubertus, Odo filius ejus et sorores, fide interposita, se bona fide et sine dolo observatueros, et monachis plegios dederunt Girardum Terrici filium, Johannem Gersendi filium, Robertum Pasturum, et istis tribus dederunt Goiffedum et Goiffredum patruos suos plegios qui affidaverunt quod tres plegii propter hoc penam vel dampnum

non sustinebunt ; patruis autem suis Hubertus, Odo et sorores totum tenementum quod apud Sanctum Martinum habent in contraplegium miserunt, presentibus ibidem Radulfo de Hugl[evilla], et Willelmo Piloc, monachis. Actum apud Mellentum anno incarnati Verbi .M°. C°. LXXX°, V°., coram Echardo, decano Pincesiensi. Testibus Guidone de Obergevilla, Alano de Fraisnes, Willelmo de Sancto Nichasio, presbiteris, Johanne Parvo, Johanne Imperatore, Willelmo de Stablis, Ricardo Lamberti, Radulfo Sufflart, Ricardo de Mellento, Amalrico, laicis, et pluribus aliis clericis et laicis. Hubertus etiam in manu decani affidavit quod, quando filius et filie ejus ad eatatem (sic) venerint, pro posse suo faciet eos hoc ratum habere.

Cyrographum.